



ationum
spec.

6
OBSERVATIONES
AD
MOSAICAM CREATIONIS
HISTORIAM
SUB AUSPICIIS DIVINIS

PRÆSIDE
PHILIPPO JACOBO MÜLLER

S. S. THEOLOGIE PROF. PUBL. ORDIN.
P. t. UNIVERSITATIS RECTORE

IN
ALMA ARGENTORATENSI STUDIORUM SEDE

Die 28. Octobr. MDCCLXXIX.

SOLENNI EQUORUM ESTIMATORUM
JUDICIO SUBMITTIT
AUCTOR

FRIDERICUS JACOBUS LAUTH

ARGENTINENSIS
GYMNAS. COLMARIENS. SUBCONRECTOR.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI,
IMPRIMEBANTUR IN OFFICINA KÜRSNERIANA.

Οὐδὲ γὰρ τοι εὐχῆς εἶδος ἄσπετος ἄσπετος ἀλλὰ ζῆλον κομῆσαι μέλει ὑμῶν.

ΣΟΦΡ.

ΠΙΣΤΟΤΟΙΣ ΤΟΙΣ ΜΑΘΗΤΑΙΣ

ΕΠΙ ΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ



ILLUSTRI
LIBERALITATIS
OTTONIANÆ
DOMINORUM
DISPENSATORUM
COLLEGIO
VIRIS
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMO,
MAXIME REVERENDO, CONSULTISSIMIS,
EXPERIENTISSIMO, EXCELLENTISSIMIS
DE RE TAM PUBLICA QUAM LITTERARIA
MERITISSIMIS.

NEC NON
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS
ET CONSULTISSIMIS
INCLYTÆ CIVITATIS COLMARIENSIS
CONSULIBUS
PRUDENTISSIMIS GRAVISSIMISQUE
SENATORII ORDINIS MEMBRIS

UT ET
VIRIS

SUMME ET PLURIMUM REVERENDIS
VERBI DIVINI
SECUNDUM A. C. NORMAM
PRÆCONIBUS

NEC MINUS
VENERANDIS GYMNASII COLLEGIS
FAUTORIBUS, PROMOTORIBUS, AMICIS
IN SEMPITERNUM HONORANDIS
DISSERTATIONEM HANC

d. d. c.
AUCTOR.



§. I.



Qui nostra aetate magno consensu existimant Viri docti & perspicaces Moseas de condita tellure & antiquissimis generis humani fati narrationes, prioribus maxime decem Geneleos capitibus comprehensas, ex vetustioribus rerum gestarum monumentis traditione primum, dein litteris etiam, ad sequiorum temporum memoriam propagatis esse deproptas, sunt illi profecto a petulanti illa fingendi libidine remotissimi, qua Gallicus Auctor (a) *Conjecturarum super tabulis archetypis, ad quas Geneleos librum expressit Moses* multum invidiæ innocuæ huic sententiæ conflavit. Non enim, si illos audias, ex putidis carminum historicorum inter Arabes pastores de-

A

a) ASTRUC, in *Conjectures sur les mémoires originaux, dont il paroît que Moïse s'est servi*

pour former le livre de la Genèse. Bruxelles 1753, 8.

A. C.

Gr
1753

cantatorum lacunis hausit divinæ archæologiæ scriptor, sed; cum & per se opinabile sit, patriarcharum ætatem istarum rerum pia & fida memoria non caruisse, & ipse Pentateuchus archetyporum hujusmodi commentariorum carminumque haud obscura prodat indicia, ipso illo diviniore afflatu, quo Moses gavissus est, factum esse maxime probabili suspicione colligunt, ut in conquirendis & concinnandis istis fragmentis delectu uteretur, qui consilio Numinis esset aptissimus.

Enim vero quo jure magis pius & divinæ inspirationis reverentior cenferi debeat is, qui Mosis mentem omnium, quæ nunc ejus testimonio edocemur, vel ignaram prorsus, vel leviter dubiaque fide iis tinctam fuisse, antequam ad scribendum accederet, & Sancto Spiritu demum res & verba dictante Mosen ista & didicisse primum & coævus suos docuisse sumit, equidem me non assequi fateor. Quis enim ferret hominem serio asserentem, illustriorem futuram fuisse Lucæ auctoritatem, si is memorabilia Christi dicta & facta nulla nec sua nec coævorum memoria adjutus ex sola Spir. S. suggestione percepta litteris consignasset. Potius sagacior quisque Evangelicæ historiæ apologeta omni ope id agit, ut vitæ Jesu Christi testes, etiamsi suo relictis fuissent ingenio, omnes fidei historicæ numeros expleturos fuisse probet.

§. II.

Monumentorum istorum, unde Moses hausit, habitum formamque universam & elocutionem ad præcæ Orientalis Pœseos leges fuisse exactam, ex ingenii humani nativa indole suspicari proclive est: quippe primi generis nostri factores, quantumvis divinis

auxiliis præsentioribus suffulti tamen ad cultum & morem gradus fecerunt non toto genere discrepantes ab iis, quibus ad rationalis & socialis vitæ decora emissæ sunt rudiores quæque omnis ævi gentes. At hæc vix alio in more deprehenduntur similiore, ac in isto carmina historica decantandi instituto. Hebraicæ Poëseos aperta vestigia, prosopopœias audaciores, allegorias, membrorum synonymorum & antithetorum parallelismum in narratione de Cherubis cum flammante gladio ad paradysum custodiendam positis, in Dei judicis sententia in protoplastos eorumque seductorem pronuntiata, in Lamechi ad uxores carmine arma inventa laudante, in Noachi imprecatione in Chamum ejusque progeniem vibrata, agnoscere non temere detrectabit, nisi ejus lucis expers qua hæc Orientalium litterarum partem felicissime nostra ætate auxerunt LOWTHUS, MICHAELIS & post hos alii Musis propitiis nati V. T. interpretes. At nec in cæteris hujus archaeologiæ partibus, quæ vividiores istam Hebraici carminis alternis cantibus apti speciem non referunt, omnis historici Poëseos character evanuit. Noachici Cataclysmi descriptio, quæ obiter legenti frigidior prola languidius per minutiora adjuncta decurrere videri posset, præfert illa tamen in modo, quo miranda scena instruitur, in Dei secum & cum Noacho per continuatos dialogismos loquentis & immediate agentis inductione, in adjunctorum phantasiâ valide percellentium delectu & *desultorie*, minime obscura sublimioris Poëseos vestigia.

§. III.

Ast perperam hæc Poëseos in conceptibus, imaginibus, figuris & dictione observatio eò trahitur, ut

rerum a Mose narratarum veritate historica explosa, ista Archæologia in Mythicum seu Allegoricum reconditoris doctrinæ involucrum tota convertatur. Cujus quidem negotii modum nuperrime Hermeneuticis etiam canonibus regere allaboravit VEN. TELLERUS in peculiari excursu ad TURRETTINI Libellum *de S. S. Interpretatione* p. 169. & seq. Criteriorum (b) vero, quibus ille propriam ab allegorica narratione discerni vult, nullum in Geneseos priora capita invenire, non spernendis argumentis docuit VEN. SEILERUS. (c) Quibus hoc unum addere liceat, ipsam illam hypothesin de Mose ex vetustissimis monumentis hauriente allegorico sensui hic quam maxime esse inimicam. Vix enim credibile est, primævis hominibus ingenium fuisse vel adeo fecundum ut ejusmodi integumenta moralium Physicorumque Philosophematum excogitent, vel adeo versatile, ut in istiusmodi apologorum vero intellectu non aberrarent. Non itaque, quænam symbola notionum intellectualium vel moralium Mosis ætate definitam significandi vim nacta fuerint, disquirendum est, sed quid ante omnem hieroglyphice etiam scribendi usum generis humani infantia capere potuerit.

S. IV.

Nec universa prima creatio, nec ejus, quem incolimus planetæ exortus ex eo factorum genere est, quæ

b) Allegorici sensus Criteria p. 177 hæc tradit: genium populi atque seculi, scriptoris ipsius testimonium latissime patens, usum loquendi communem aut proprium sive linguæ

sive scriptoris alicujus, universam denique rei naturam.

c) *In gemeinnüz. Betrachtungen über Religions-Schriften.* 1777. Parte III. p. 316. seq.



oculorum testium fide primitus innotescunt. Omnis igitur istarum originum certa notitia Deo revelanti debetur. Jam vero, si, quod philosophia admodum opinabile judicat, revelatio autem extra dubium ponit, tum universi primitiva *divinitus*, tum globi nostri & prima *perennis* & insecta instaurationes successivas habuerunt evolutiones, ubi Creatoris omnipotens virtus sapientissimo consilio virium naturalium actiones ad ratas leges moderata est; intelligitur, creationis historiam, quæ ad Astronomicam & Physicam veritatem esset examussitata, omnem vetustissimæ ætatis captum fuisse superaturam. Quapropter, utrumvis sumamus, sive Mosen Cosmogoniam suam solo inspirationis beneficio accepisse, sive ex antiquioribus carminibus etiam concinnasse, opticam magis veritatem, quam Philosophicam *arbitrari* in ea exquiret æquus rerum æstimator, qui & idem haud vano augurio in Mosaica Cosmogonia suspicabitur antiquissimam Poëtice narrandi formam, anthropopathicas de Dei actionibus locutiones, rerumque delectum, qui consilio Mosis gentem Israëliticam legibus, Idololatriæ maxime oppositis, instruendi respondeat.

S. V.

Atque hunc, quæ a priori jam aliquo modo cognoscere datur, formam & habitum exacte præfert Mosaica creationis historia. Nihil in illa docetur, quod cum saniore Physica & Astronomia aperta fronte pugnet, aut cum sobria philosophiæ decretis ullo modo conciliari nequeat. Interpretum potius, qui horum fragmentorum memoratam indolem parum pensi habuerunt, vitio debentur difficultates illæ, unde auctoritati Mosis perniciem minata est empæctarum cohors. In quibus

haud levis momenti illa est, quæ nostris temporibus ex ipsis Naturæ, quæ vocant, Archivis contra Mosaicam creationis historiam producta fuit. Scilicet nuperrime quidem clarissimis quibusdam in re physica viris HOLLMANNO (d) & JUSTIO (e) adeo insuperabilis difficultatis visa est hæc archæologia, ut; nisi Moseæ Chronologia erronea statuatur, interpretem ex ea emergere posse, negarent. Nemo erit, nisi in naturalis historię studio plane hospes, qui nesciat, quantum invicti roboris ad summam antiquitatem telluri nostræ vindicandam recentioribus observationibus passim tribuatur a Viris doctis, perspicacibus, iisdemque Religioni Christianæ amicis. Terra nimirum in summa pariter superficie conspicua ac intimo recondita sinu ejus generis corpora infinita copia & varietate ubivis regionum exhibet, quorum originem & ipsam, quam nunc habent, conformationem naturæ consulti multo antiquiorem probabiliter judicant, quam communes temporum rationes ab illo inde Mosis initio ductæ patiuntur ac ferunt. Varia reperiuntur strata conchis marinis, vegetabilibus & animalibus in lapides mutatis referta, quorum alia ab aliis longe sunt diversa & quod mirum est, eo ordine se excipientia sæpius, ut levioribus graviora imposita sint. Horum phænomenorum

d) In Dissertatt. de Corporibus
marinis aliisque peregrinis in
terra continente quæ leguntur
in Commentar. Soc. Gatt. T.
II. p. 215. - 281. & T. III.

p. 285. - 374. & separatim
edita ejusd. VIRI Cel. Sylloge
Commentatt. p. 170 sqq.
e) In Geschichte des Erdkörpers.
Berlin 1771. 8.

natales WOODWARDUS (f) quidem & SCHEUCHZERUS (g) a Noachico illo universali diluvio repetere sunt conati. At gravibus argumentis inducti Physicorum filii haud pauci deferendam sibi istam sententiam putarunt hodie: negant enim intelligi posse, quomodo unius vix anni inundatio tantam in interioribus terræ partibus efficere potuerit devaluationem, cujus vestigia adhuc in todinis Metallici deprehendunt. Probabile potius judicarunt multi, tellurem nostram longe jam ante Mosea initia plures successivas mutationes esse perperam, & præcipue ante eam, quam Moses describit, renovationis Epocham diuturniore Cataclysmo & alia quadam Catastrophe plus stragis & ruinarum visceribus ejus inferente ita devastatam fuisse, ut novo conditu habitabilis reddenda esset plantarumque & animalium nova productione ornanda. Ipsam quoque Noachici diluvii universalitatem variis de causis in dubium vocant. Primo multitudinem animalium difficultatem in ipsa arca & finito diluvio: multorum porro aqualium citant naturam & animalia Americæ propria repetito miraculo conquirenda: plantas tandem nullam inundationem ullo modo ferentes & parvam terræ partem tum temporis tantum habitata totius terræ inundationem non requirentem urgent.

Verum huic sententiæ ob stare videtur Textus Mosaicus VII. v. 19. 20 21 qui non tantum expresse montes altos, qui sub omni cælo sunt, undis mersos perhibet, sed easdem

f) In Natural History of the Earth. Lond. 1726. 8. cf. BUFFON *Hyst. Natur. T. I* p. 267. seq.

g) In *Kupferbibel zur Erläuterung der Physica Sacra Zü- rich* 1727. seq. vid. BUFFON *T. I* p. 286. seq.

etiam quindecim ulnis editissima quæque cacumina supereminuisse clare testari videtur. Nodum hunc S. V. JERUSALEM in aureo libro, quem *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion* inscripsit Parte II. p. 235. seq. sectione dissolvit, quæ audacula iis videri possit, qui Mosis verba ad dogmatici styli subtilitatem vel ad severiores historicorum leges trutinant. Quippe existimat Vir acutissimus, perinde ut alibi hyperbolica descriptione sermonem hominis, inculti potissimum, cum rerum magnitudine percellitur, non dedecent, ita & hic simile quid a carminis historici indole non alienum esse putandum. Mitius tamen nobis videtur consuli posse, si cogitemus, particularis etiam, at late tamen diffusæ inundationis descriptorem absque hyperbole dicere posse montes altos (nuspian enim Moses dicit altissimos) qui sub omni (h) cælo (i. e. qua late patent, sive per omnem horizontem) obtectos esse. (i) Jam hujus obtectionis, si hebraicæ radicis נכס primigeniam significationem & frequentem in V. T. usum spectemus, (k) duplex concipi potest ratio: vel sic, ut vaporibus ex tanta aquarum mole surgentibus omnis horizon montibus terminatus evanesceret; vel sic, ut montium inferiores partes saltem ad eam altitudinem alluerentur, ut omnis aditus fuga salutem quærentibus præclu-

h) Qui vocem נכס premunt, eos ad Grammaticam Hebræam & Glaffii Philol. sacr. remittimus.

i) Ita STILLINGFLEET in *Originibus sacris* L. III. C. 4. qui tamen universalis inundationis possibilitatem invictis rationi-

bus redargui posse recte negat. *) נכס apud Arabes est *involvere se veste*: de obtectione, qua nubes objecta conspectui eripiunt, usurpatur in Piel. Num. IX. 15.

præcluderetur. Josephum certe (quem antiquioris interpretationis testem non recusaveris & qui hic saltem in rei miraculo minuendo nullum studium ponere reprehenditur) de montium cacuminibus merfis non cogitasse, liquido colligitur, tum inde, quod aquam ad 15. cubitos *super terram* extitisse memorat, tum ex iis, quæ statim sequuntur verbis. (*Antiq. L. I. C. I. p. 9. Edit. Ittig.*) τὸ ὄρος τοῦ ἁλίου, τὸ μὴ διασώζονται πλείονας φύρας ἀφορμὴν ἔχειν. Cum enim Josephus nihil præterea habeat, quod iis respondeat, quæ a Mose de montibus prodita sunt, verisimillimum est, montium obfectionem hac quasi ἐπιβεβαιῶσαι declarari.

Verum enim vero ruinam huic explicationi minatur Gen. VIII. v. quartus & quintus, qui de diluvii cessatione agunt. Sed. 1.) *mo arca resedit in summo cacumine* (1) *Montis Ararat*, sed *circa* vel *prope* aliquem ex montibus vel in regione aut tractu indeterminato montium Armeniæ. Josephus l. c. *περὶ ἀκρῶν τῶν ὄρων* i. e. circa extremitatem quandam montis ad Araratica juga pertinentis. 2.) *do* נראו ראשי ההרים si supra a nobis monita recte se habeant, absque ullo interpretationis tormento vel sic intelligi poterit, ut jam nebulis nubibusque discussis montium cacumina prospectantibus apparent; vel sic, ut jam montium initia, ex

B

1) Vox ראש non tantum fastigium & summitatem significat, sed præterea etiam 1.) anteriorem & primam rerum partem Gen. XLVII. 31. 2.) ini-

tium Proverb. VIII. 23. Esaj. XL. 21. 3.) extremitatem Esaj. LI. 20. unde ראש פנה extremitas in angulum acuminata, ἄκρος ἀκρογωνίσιος.

tremitates aditus patere possent sicca loca quaesitoris. 3.)tio. Altiores montes non tum primum undis capita extulisse vel ex temporum notatione liquet, quæ in citatis duobus versibus occurrit. Septimi mensis (nostri Aprilis) die 17. in monte quodam Armeniæ arca reledit & mensis decimi (nostri Julii) die primo, (ergo septuaginta & quod excurrit diebus post stationem Noachicæ navis) conspecta sunt illa ראשי הרים. Itaque, si vel editissimum fingere libeat illum Araratici jugi verticem, certe 70. dierum spatio majorem in modum aquæ debuerunt decrevisse, quam ut summa saltem montium cacumina visui paterent. 4.)to. Si cui autem etiam ex hac hypothese cælum nimis longo post pluviarum cessationem intervallo disferenatum displiceat, is JOSEPHO rursus, nobis non invitis, rem arbitrandam permittat. Quod enim apud hunc loco citato legitur, Noachum quietam stationem navis suæ intellectam eam aperuisse & meliorem spem inde maxime concepisse, quod videret *ἡν βαρῦται περὶ αὐτῶν*, id nos, non cum Latino interprete, *aliquantum terra, sed breviter, loca vadosa, editiores hinc inde tumulos*, suffragante linguæ Græcæ usu interpretamur. Græci enim, cum Syrtis & vadosa in mari loca *βαρῦτα* vel substantive *βαρῦτα (m)* vocare soleant, ab hac consuetudine dissonum profecto non est sicca loca in circumjecta planitie prominentia, quæ immensi pelagi speciem paulo ante referebat, *ἡν βαρῦται* appellare. Cum itaque Josephi narratio nihil habeat, quod v. 5. Mosaiici Textus respondeat, non tantum nihil nobis obtare videtur, quo minus *βαρῦται*

m) Hinc Latini loca vadosa breviter vocant. Virgil Aen. l. 111.

& alibi.



τὴν Βραζιλίαν περὶ αὐτὴν (λαρνακα) pro Josephi & doctiorum
 ejus ætatis Judæorum ἐξηγήσει Mosaicæ φρασίας משה רבינו
 ויהיה sumamus: sed ipsa res etiam temporumque &
 circumstantiarum reliquarum collatio eo nos videtur
 ducere, ut Mosi Noachicæ navis incolæ dicantur ex
 editiore quodam colle vel monte prospectantes plani-
 tiam tumulis hinc inde distinctam conspexisse. Cæte-
 rum hæc φιλολογημένα a. Ven. Præsidi mecum com-
 municata oculatiorum examini lubentes submittimus
 nec ultra conjecturarum dignitatem ea collocare audemus.

S. VI.

His observatis & ratiocinationibus naturæ Consulto-
 rum in ancipitem locum ipsa quoque Cosmogonia
 Mosaica conjici visa est, atque illætabilem Theologiæ
 cum Philosophia conflictum multi inde extimescunt.
 Etenim ubi Deus loquitur, ibi debere cessare huma-
 nas ratiocinationes recte contendunt, qui divinarum
 litterarum auctoritatem tuendam suscipiunt. Attamen,
 quotquot justâ hac defensione liberaliter & ingenuè
 amant defungi, in iis maxime causis, ubi cum expe-
 rientiæ & rationis liquidis pronuntiatis divina eloquia
 in concordiam ægre coeunt, ante omnia, an Deus
 loquatur & quomodo locutus sit, studiose investigan-
 dum decernunt. Suam itaque operam in hoc negotio
 desiderari non passi sunt cordatiores nostræ Ecclesiæ
 Theologi Philologique, JERUSALEMUS. (n) ROSENMÛL-
 LERUS, (o) DANOVIVS, (p) LESSIVS, (q) MICHAËL-
 B 2

n) In libro supra citato. Parte p) In Theol. Dogmatica Jenæ a.
 II. p. 227. seq. 1772. 8. evulgata. T. I. p. 219.
 o) In Antiquissima Telluris hi- seq.
 storia a Mose Gen. I. descripta. q) In Versuch einer practischen
 Ulmæ 1776. 8.

LIS, (r) HEZEL (s) Quorum observationibus non equidem id effectum putem, ut erroris convicti censendi sint, qui Mosen nobis primam terræ originem & ex nihilo productionem referre existimant, necessarias autem non esse istius communis interpretationis rationes nec ullum religioni periculum imminere, (t) si orbis nostri instaurationem saltem commemorare sumatur Moses: id vero est, quod haud gravate concessurum putamus quemvis, qui philologicis argumentis in divinarum litterarum interpretatione patientem accommodare aurem didicerit.

Liceat ergo & nobis in hæc spatia paulisper excurrere & ipsa Mosis verba, quæ ad hanc causam judicandam pertinent, quantum Academici speciminis limites patiuntur, expendere. Cæterum non examinare

Dogmatik. Göttingen 1779. 8. p. 176. seq.

r) *In Annot. Ad Germ. Gen. Verf. p. 3. Ob die Welt vor sechs tausend Jahren aus Nichts geschaffen, oder ob schon eine Welt gewesen sey, aus deren Trümmern Gott die jezige wieder hervor gehen hieß? ob sich, wie unser Deutscher Dichter sagt: ject die tausendste der Sonnen wälzt, oder die erste? davon hat Moses nichts und läßt jedem die Freyheit darüber zu denken und zu philosophiren was er will.*

s) *In Explicatione HEXAEMERI quæ speciminis loco prodiit ejus Commentarii quem in S. Script. editurus est.*

t) *Egregie omnino LUTHERUS * παρω in T. I. Germ. Opp. Edit. Lips. p. 293. Es ist in der Kirche bisher noch keiner gewesen, der da überall alles eigentlich und genugsam hätte ausgelegt, ohne daß die Lehrer sogar mancherley seltsame und unzählbare Fragen über diesem Capitel in einander gemengt haben, also, daß daraus wohl zu sehen ist, daß Gott diese Majestät seiner Weisheit und rechten Verstand dieses Capitels ihm selbst vorbehalten und uns das insgemein hier hat wissen lassen, daß die Welt einen Anfang gehabt und aus Nichts von Gott erschaffen worden sey.*

est animus, in quantum supra a nobis allatum Physi-
corum assertum natura rerum firmetur, Physicis hoc
dijudicandum relinquimus, sed ostendemus tantum,
difficultates inde Moseæ Creationis nacentes non esse
insuperabiles.

§. VII.

בְּרֵאשִׁית בְּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ:

Ab initio Deus cælum & terram creavit: Generalis
Propositio est, quam introductionis loco Telluris suæ
Historiæ Moses præmisit, Deum ut omnium rerum, ita
& orbis terrarum Creatorem & Auctorem sistens.

שָׁמַיִם וְהָאָרֶץ. Totius hujus universi a Deo creati com-
plexum denotat, qui mundus alias vocatur & in cælum
rursus & terram dispescitur. Perperam igitur judicant,
qui hic cum multis Theologis informem quandam
materiam cœli terræque elementis mixtam intelligi vo-
lunt: certe probare nequeunt ex sacris litteris signifi-
cationem Phrasi huic tributam. Philosophantur magis
quam interpretantur & minime satisfaciunt iis, qui de
verborum significatione ex eorum indubio usu non ex
subtilitatibus aliunde petitis judicant. שָׁמַיִם quidem, ut
ex versu octavo apparet, interdum significatu vocis
הָאָרֶץ gaudet, quæ aëris regio est, terram nostram ab
omni parte ambiens, sed in conjunctione cum הָאָרֶץ
plerumque significationem jam traditam sustinet. Certe,
si Saturni incolis idem scripsisset Moses, quod Israë-
litis terricolis scripsit, haud alio sane, quam modo se-
quenti mentem suam expressurus fuisset. In principio
creavit Deus cælum & Saturnum, ut perspecte judicat
MICHAELIS in *Notis ad Germ. Genes. versionem* p. 4.

De significatione vocis **בְּרָא** multum olim inter eruditos disputatum fuit. GLASSIUS & haud pauci Theologorum nostratum per productionem ex nihilo vertunt, ut nempe eo facilius errorem de materia aeterna refellant, ex qua Deus universum hoc finxerit quasi & formaverit; sed potest iste error philosophicis rationibus partim, partim aliis scripturae locis (u) certius & tutius profligari, quam ex hoc, quod ex primaria Vocis **בְּרָא** notione falso peti solet argumento. Etenim cadit explicatio haec, si genuinum Verbi Ebraici **בְּרָא** significatum ope regularum hermeneuticarum e dictis Scripturae Sacrae diligenter inter se collatis eruiamus. Haec enim collatio, si rite instituitur, mox patebit clarissime, plurimum falli eos, qui unicam vel saltem praecipuam vocis **בְּרָא** significationem esse arbitrantur productionem ex nihilo: cum praeter unicum locum nostrum, qui in se spectatus eandem admittere posset, omnia reliqua loca inprimis Num. XVI. 30. eandem respiciant. Disruptio enim terrae atque absorptio Korae & reliquorum rebellium, de qua ibidem sermo est, productio ex nihilo dici prorsus nequit. Id potius ex accurata inspectione aut collatione omnium Scripturae locorum colligi potest, verbum hocce Hebraicum.

u) Mundi ex nihilo Creatio variis Scripturae locis clarissime asseritur. e. g. Pf. XC. 2. Joh. I, 3. & Ebr. XI, 3. In quo posteriori dicto *ex πανοσιανων* idem esse ac *ex ολην*. Rom. IV. 17. coll. 2. Macc. VII. 28. non opus est, ut linguae Graecae gnaros moneam. Graecis

enim *μη γενεσθαι* & *ex ουαι* ut Latinis non apparere & non esse aperte Synonyma sunt. Bona apparentia e. g. sunt bona revera existentia & praesentia, non ut Systemata Philosophica vulgo interpretantur. *Scheingüter* & *ἀεργυρος* s. *φαντασι* idem est, ac nulla adest pecunia.

denotare productionem rei mirabilis & insolita, ex qua Deus agnosci queat. (x) Ipsi enim soli, nunquam Creaturae tribuitur. Quo sensu, si hoc versu nostro accipiatur, Moses simplicissime diceret, Deum hunc mundum antea non existentem vi sua divina produxisse. Vox בראשית commodissime ad totam, quae sequitur, Mosaicam historiam refertur & verti potest per *primo, initio*. Moses enim Judaicae gentis enarraturus fata a prima rerum origine orditur historiam ideoque incipit vocabulo בראשית. Miror certe, sensum hunc plane nativum, quem levis verborum inspectio sponte commendat, interpretum haud paucos adeo potuisse fugere, ut in coactissimam durissimamque de creatis ante visibilem hunc mundum angelis sententiam delaberentur. (y) Caeterum apertam in Textu Sacro Coeli a Terra disjunctionem ei, quam supra dedimus, Commatis primi interpretationi, novum conciliare robur, lubens ILLUSTRIS MICHAELIS in Notis ad Germanicam Genesios Versionem assentior.

∞) Hinc Gen. I, 21. Mosen, qui alias verbo עשה in hominum creatione describenda utitur, proprietatem hanc verbi בראשית sequi videmus, ubi de productione majorum animalium marinarum, quae תנינים גדולים vocat. Quod, qui expendit, non multum arbitror, laborabit in solvendo dubio, quod Ven. DANOVIVS l. c. p. 225. movet. Nobis certe arbitris marinae illae belluae ex dispersis jam ante in mari feminis po-

tuerunt esse exclusae & in conspectum die quinta productae.

9) Hanc sententiam post BASILIUM, GREGORIUM NAZIANZENUM, AMBROSIVM, HILARIUM, ISIDORUM HISPALENSEM, JOHANNEM DAMASCENUM aliosque tam Graecos, quam Latinos nostra quoque aetate fovit PHILIPPUS LIMBORCHIUS in *Theol. Christ. L. II, C. 19.*

§. VIII.

v. 2.

וְהָאָרֶץ הָיְתָה תוֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל-פְּנֵי תְהוֹמִים
 וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶמֶת עַל-פְּנֵי הַמַּיִם

1. Non opus esse arbitramur, ut in Vocabuli אָרֶץ evolutione diu hic hæreamus. Nemo enim est, qui ignoret, hac ipsa voce denotari orbem istum habitabilem seu globum terrestrem in principio a Deo creatum, quem Deus hominum generi inhabitandum dedit. Pf. CXV. 16. Arbitrarie ergo & contra omnem linguæ usum faciunt, qui rudem quandam & indigestam elementorum congeriem, ex qua res omnes cœlestes & terrestres factæ sunt, per אָרֶץ intelligunt. Probe etiam ob sequentia tenendum hoc mihi videtur; quod si enim conceditur, nonnisi orbem terraqueum nostrum vocabulo אָרֶץ indigitari, necessarium hujus asserti consequens erit, ut omnia, quæ de tenebris, luce, sole, luna & stellis in sequentibus occurrunt, in relatione ad tellurem, cujus historiam solam Moses describit, esse consideranda statuamus. Cf S. R. ZACHARIE in *Theol. Bibl. Vol. II. do. p. 11. (2)*

2. Copu-

*) Parum hinc arridet Grotiana sententia, quæ Commatis primi & secundi verba ita interpretatur, ut sensus sit: Priusquam Deus cœlum & terram crearet (formaret) terra erat &c. Nec eandem ob rationem eorum explicatio probabilis videtur, qui verba: in principio creavit

Deus cœlum & terram: compendium esse putant universæ Creationis historię a Mose deinde sequentibus verbis fusius & uberius descriptæ: a Commate enim secundo de sola tellure sermo mihi esse videtur.

2. Copula hic meram transeundi vim habet vertique potest vel per *autem*, vel per *posthac*. In narrationibus enim Hebræis nil familiarius est, quam eventa longissima etiam temporis intercapedine distantia præfixa ista particula jungere. Itaque occidens versio numerum litera iis fraudi est, qui hoc nexu inducti Hexaëmeri opera necessario ad ipsam primæ Creationis Epocham referenda putant.

3. *והו* esse & fieri Hebræis notare posse hujus lingue tironibus notum: quid vero hic significare debeat ex contextu, re ipsa & adjunctis erit judicandum.

4. Vix aliud vocabulorum cognatæ significationis par frequentius jungit Hebræa lingua, quam *והו* & *והו*. In libris certe sacris *והו* aliquoties saltem solum, *והו* autem nunquam sine adjuncto *והו* legitur, prorsus ut proverbialem vim in exprimenda cum affectu omnimoda vastitate habuisse videatur: perinde ac cum notitates *zerreißen und verzerren* dicunt. Hæret quidem utriusque, si etymon & proprietas, quam usus fixit, spectetur, peculiaris notio. Radix Arabica *هوا* vel *هوا* unde prius descendit primitivam potestatem in errore vago & confuso hominis attoniti habuisse videtur SCHULTENSIO ad *Hariri Conf.* p. 4. Forsan significationum propagines in Orientis dialectis & vero in Sacro Codice faciliores habent explicatus, si radices primigenia vis in eo stupore sita fuisse sumatur, quo locus vastus & vacuus & horrendum resonans (cf. præprimis, Deut. XXXII. 10.) mentem percellit. Sic enim planius intelligitur 1.) quare in Hebræa dialecto nomen *והו* sæpissime desertum, solitudinem, loca invia, arida significet. 2.) Unde huic voci accreverint notiones tum *spatii vacui termino carentis* relecta terre

incultæ notione Job. XXVI. 7. tum vero *nibili & per novum tropum rerum fictam existentiam in hominum cerebro habentium* 1. Sam XII. 21. Es XL. 17. XLI. 29. 3.) Quare in Sacris Poëmatibus membra parallela vocem תוּ mox cum מוּרַר & יִשְׁמַן mox cum אֵין (a) & אֶפֶס permutatam exhibeant. 4.) Qui factum sit, ut Veteres Hebræi Jesajanum illud *עֲשֵׂה לָמוֹת* Es. XXXIV. 11. quo Deus dicitur super Idumæam devastandam ducturus esse תוּ קי explicuerint per קי ריק quod est *קוּמָה קוּמָה קוּמָה* linea nihil signans. (b) 5.) Quare vocem תוּ AQUILA per *αετωμα* & THEODOTION per *αετω* expresserint: transfulerunt scilicet notiones Hebraicis ריק & קי hærentes ad vocabula Græca usitatioe Hebraicorum potestate prædita, ut adeo existimandi non sint inanitatis & evacuationis ideam potius in mente habuisse, quam invisibilitatis. Huc enim collimant Lxx. & SYMMACHUS meliorem Græcitatem sequentes. Illi enim תוּ vertunt per *αετλος* hic per *αετρε*, quod non cum Lexicographorum vulgo de albo quovis, sed de eo,

a) Nativam vocabuli אֵין vim in *vacuitate & tenuitate* sitam esse SULTENSIVS in *Clave Dialectorum* & SCHEIDIUS in *Glossario* probarunt.

b) ריק enim præter *viroris & pallores* notionem *tenuitatis* etiam significatum obtinuisse eamque forsitan ex cognata radice ריק traxisse, eandemque rursus potestatem cum nomine & verbo ריק communicasse ex collatio-

one plurium locorum doceri possit. Ipse *spuendi* significatus Radicis ריק ex notione *tenuis ventilationis vel effusionis* ortus videtur: perinde ut græcum *αετω*, si cum nomine *αετω* comparas, secundariam tantum in *spuendo* sedem habere intelliges. Hinc forsitan Paulo Gal. IV, 14. *αετω* cum *αετω* jungenti ista radice Hebraicæ ריק vis *extenuandi* obversata fuit.

quod oblitteratum est, (c) visum fugit, (*verblichen*) est intelligendum. **בְּרוּ** in origine sua, quam Arabum item Dialectus servavit, vacuitatis itidem notionem præfert, sed eam proprie, qua horret domus omni supellectili & ornatu carens: hinc sine dubio LXX. reddiderunt per *ακατασκευαστος*. Hebræos id nominis præcipue de incomposita quavis extruptione ædificiorumque ruinis usurpasse ex illo apud Jesajam *עָלְמוּן* colligunt Grammatici, ubi Deus dicitur ducturus esse super Idumæam **בְּרוּ** i. e. perpendiculum rude, ad quod nihil erigi potest. Quod vero **AQUILA** & **THEODOTION** **בְּרוּ** per *ερω* vertant **SYMMACHUS** autem per *αδιακρίτων*, non proprietatem secuti videntur, sed synonyma saltem fororii vocabuli quæsiuissent. (d) Forte ex loco Jobi XXVI.

C 2

- c) Unde *אֲבָרְתָא* lituram quasi inducere, abolere, abrogare, auctoritate & dignitate exuere. Lucem ex his observatis forte non spernendam accipere potest illa cognatio verborum *אֲבָרְתָא* & *עָרָב* in N. T. quæ Rom. IV, 14. manifesto parallelismo firmatur. cf. Phil. II, 7. 1 Cor. IX, 15. 2 Cor. IX, 3.
- d) Quod & fecit Chaldaeus **פַּרְפְּרַסְתָּא** vertens **דְּרִיָּא וְרִיקְנִיא** *deserta & vacua*: hunc catervatim secuti Judaici Magistri Luthero sine dubio auctores fuerunt vertendi *wißt und leer*. Sensum magis quam verba expressit Arabs, qui habet *מִשְׁתַּבְּחָרַת*

עֵרְרַת terra superstant gurgites maris speciem referentes. An Copulam ante **בְּרוּ** non legerit ob præcedentis 1 finalis viciniam definire non ausim. Quod vero suspicari in mentem venit **CÆL. BÜSCHIO** in *Encyclopedie der Historischen, Mathematischen und Philosophischen Wissenschaften. Hamb. 1775. 8. p. 53.* eundem loco **תְּרוּם בְּרוּ** legisse **תְּרוּ וְבְרוּ** id ægre probaverit accuratiori Critico, qui Arabice vocis, quæ **בְּרוּ** exprimat, defectum allegabit, nec rationem patere dicet, cur duobus prædicatis terræ statum expingat interpres.

7. inducti sunt, ut perfectam synonymiam duobus his vocabulis tribuerent. Proclive enim erat existimatum Jobum בלישׁה nihil posuisse loco בהו. SYMMACHI autem *επιανθιστορ* synonymum esse τὸ ἀγγυ ex supra dictis perspicuum est. Jam, si missis Etymologicis rationibus horum vocabulorum junctorum vim ex usu loquendi Sacri Codicis æstimemus, nullo negotio deprehendimus, locutionem hanc nativam & perpetuam sedem habere in devastationibus regionum urbiumve violentis describendis. Itaque & nostro loco, quantumvis etymologica rationes extra contextum permitterent, eam Telluris desertam & inpositam faciem intelligere, quæ apparuit, antequam artifice Creatoris manu ornaretur, tamen usitatori eo magis est inhærendum, quod probabile prorsus non est, sapientissimum opificem planetam nostrum densissimis nubibus & mari oblitum e manibus suis primum prodire jussisse, cf. Jes. XXXIV. 11. XLV. 18. Jerem. IV. 23.

תַּיִן tenebræ. Non semper Ægyptiacas quasi tenebras denotat, sed caliginem etiam, quæ e. g. tempestate oborta obtinet & densissimis nubibus debet originem. Sic Pf. XVIII. 12. occurit, ubi terribilis tempestas describitur. *Finsternißz hüllte er rings um sein Gezelt, cui haud ab simile KLOPSTOKII illud in der Frühlingsfeyer: Nacht ist sein Gewand (e) תַּיִן non abyssus proprie, sed aquæ profundæ, mare ab Arab. תַּיִן fluctuavit.* Nos enim, ubi abyssum legimus, infinitæ aut magnæ profunditatis voraginem cogitamus adeoque alia omnia, quam quæ sunt in mari rubro, de quo tamen Pf. CVI. 9. Jes. LI. 10. usurpatur, brevia plu-

c) Per תַּיִן nubium spissitudinem intelligit etiam EPHREM

SYRUS in Comment. in Genes. Opp. T. I. p. 7.

rima habente (f) nec in profundissimis locis, ut ex DIODORO SICULO CL. HESSIUS (g) annotavit, temere majorem 18. pedibus altitudinem. De stagnis usurpatur. Deut. VIII. 7. Nostro loco aquas indicare terræ globum circumfluentes nullum plane est dubium, quicquid etiam contra moneat doctissimus SELIG, in *richtiger Uebersetzung und Erklärung der schweren und angefochtenen Schriftstellen des Alt. Testaments.* (Lips. 1771. 8.) T. I. p. 31. חַוּוּחַ per Chaos vertendum existimans, quod ipsi Terra est aquis submersa & *אֶפְסָלוֹס*. Loca enim Genes. XLIX. 25. & Job. XXVIII. 14. in quibus magnum interpretationis suæ præsidium deprehendisse sibi visus est Clar. Vir. meæ potius quam ipsius favere explicationi, vix monere opus est. Ad verbum itaque potest verti: Caligo erat super facie maris, i. e. toti adhuc orbi superstagnabat, aqua, cui immenso & sine littoribus mari spissa incubabat caligo.

רוּחַ אֱלֹהִים. Quid denotet, admodum dissentiant eruditi. Multi antiquiorum & recentiorum, quibus etiam nos accedimus, ventum putant vehementiorem vocabulo hoc significari, ut ventus dicatur ex horum mente flare super aquis, quam sententiam habuerit quoque Chaldæus, Samaritanus & Arabs Interpres, eademque multum ex eo probabilitatem accipit, quod רוּחַ

C 3

f) Legi omnino merentur, quæ ex itinerariis de vadis Arabici Sinus erudite collegit CEL. BÜSCHINGIUS in *Nova Geogr. Asia, T. I. p. 397. Ed. Scaph. 1769. 8.* quibus egregie con-
tinunt CLAR. NIEBUHRII de

mari Arabico genuine relationes, qui annis 1772. & 73. ipsum sinum sollicitè lustravit. Videtis ejus *Descriptionem Arabiæ* p. 412. (Hafniæ 1772. 4.)
g) In der *Geschichte Mosis* V. I. p. 143. (Zürich 1777. 8.)

in Sacra Scriptura sæpius hac significatione legatur e. g. Gen. III. 8. Gen. VIII. 1. Num. XI. 31. coll. Exod. XV. 10. Pf. XVIII. 9. Jerem. IV. 11. & Ebræorum more appellationibus addatur nomen Dei ad res ipsas magnificendas adaugendasque. (b) Ad contextum quoque hic significatus apprime quadrat. Cum enim actio illa, quæ Hebr. Verbo רחף exprimitur, quæcumque demum sit, supremo Enti in proprio significato adscribi non possit, non video, quid obstat, quo minus ejus effectus, quem Sacra Scriptura haud obscure indigitat, recte ipsi substituatur, qui certe non alius fuit, quam densissimarum nebulæ diminutio per sublatum aëris æquilibrium, quem ventum vocamus, producta.

מרחפת Verbum רחף ter solummodo in Codice Ebræo legitur. In Kal. occurrit Jerem. XXIII. 9. *Convulsivo motu agitantur omnia mea ossa.* LXX. עשאוהו כענן in Piel Deuter. XXXII. 11. *de aquila super pullis se movente pendenteque alas suas & in nostro loco de $\text{רוח אלהים מרחפת על - ניפ המים}$.* Notat itaque citra omnem quæstionem motum concitatioem, ipsi Doctoribus Ebræis non dissidentibus, vertique potest: *Halitus Dei* (Anthropopathica locutione pro *vehementiore vento*,) *subagitabat aquarum superficies.* Concinere huic Interpretationi omnino videntur Lxx. & reliqui Græci interpretes: επιπεταται enim, quo verbum רחף exprimitur *vehementioris motus significationem*

b) Eos, qui præco jam ævo Spir. Sancto divinitatem ex hoc loco adstruere allaborarunt EPHRFM SYRUS in Comment. in Gen. Opp. T. 1. p. 8. argumentis

refellit, quorum palmarius hoc est, quod prima die vivens creatura nulla ex aquis producta est.

habet usu ad modum tritam: prouti vel ex STEPHANI *Thefauro* disci potest. *Incubationis* notio in Syra dialecto dominata esse & reliquas obscurasse videtur.

על-פני המים. CEL. ROSENMÜLLERUS in libro modo citato idem esse vult ac על-פני תהום. At differre inter se voces has eam ob causam existimo, quia Moses, si per מים synonymum tantum vocis תהום indigitare voluisset, simplicissime potuisset dicere על-פני sc. תהום. *Vapores* potius *aqueos* potius universam tellurem ambientes (quo significatu מים sæpius in Sacra Scriptura venit, ut infra pluribus docebimus) ego heic intellexerim. Cum enim ex versu sexto liquido pateat, prima jam Creationis die terram aquis duplicis generis fuisse circumdatam, aquis nimirum supra expansum & infra expansum, Mosen non sine ratione מים a תהום versu secundo distinguere arbitror.

§. IX.

Enodatis singulorum verborum significatibus, quid sibi tandem velit integer nexus sensusque dicere erit in promptu. Cum enim ex historia nostra attente perfecta prono fluat alveo, duplicem semper conditum innui, (i) quamcunque etiam explicationem adoptaveris: cum porro clarissimum sit, propter vocem נראשית in aliquo sequentium commatum particulam i vertendam per *postea*, verbumque היה insuper & esse & fieri denotet, nullas sane difficultates video talem reperiundi nexum, qui & documentis naturæ supra statim allatis

i) Productionem. scil. primam omnium rerum s. hujus universi, in specie deinde formationem

vel etiam renovationem hujus telluris in domicilium hominum & animalium.

& Moſæ orationis genio amiciffime congruat. Quid enim impedit, quo minus inter duas illas Periodos, quarum modo mentionem feci, magnum temporis intervallum præterlapſum eſſe ſtatuamus? Quid præterea vetat Moſis verba falva Hebraici ſermonis indole ita vertere jungereque: *Poſthac orbis terrarum factus fuit vaſtus & deſertus, caliginofus & aquis circumfuſus?* Certe verba *והוה ובהו* vaſtationis ſignificatum admittere poſſe, loca, quæ ſupra adduxi abunde probant. Nec repugnant voces *על-פני תהום*. ſed egregie potius ad rem faciunt, quia ſic Moſes non tantum devaſtationem telluris in genere ſed & haud obſcure cauſam ejus instrumentalem indigitat, in medio cæteroquin æliſquens, an & aliæ magnæ iſtius Metamorphoſeos cauſæ concurrerint. Copulam autem perperam urgeri ad revincendum telluris ſtatum vetuſtiorẽ eundemque florentiorẽ ſupra jam docuimus. (k) Accedit porro, ipſam hanc, quam modo tradidi, verſionem aliis ſcripturæ locis plane non contrariari. Si quis enim Oeconomix divinæ hancce interpretationem analogam eſſe vellet negare, nihil proſus in Natura deſtrui quotidiana repugnante experientia ipſi eſſet ſtatuendum, neganda quoque futura illa Telluris per ignem devaſtatio, quam tamen *διωρηστος* Petrus clariffimis Verbis teſtatur. 2 Pet. III. 10. ſeq. id quod probe jam obſervatum eſt CLAR. ROSEN-MÜLLERO l. c. p. 41.

§. X.

Hæc ſunt, quæ ad Verſum primum & ſecundum monenda eſſe duxi. Pergo nunc in illuſtranda Telluris
 Historia

A) Confer. præterea Num. V. 23. *poſtea* vertenda occurrit.
 Deut. 1, 19. ubi Particula *per*

Historia. Terram hactenus secundum eam, quam Mosi vindicavimus descriptionem in eo vidimus statum, quo plantis, animalibus (sine dubio etiam ratione praeditis) bene instructa, nescio qua rerum conversione, infinito aequore ita obruta fuit, ut undique obstitissimi fluctuum & nebularum acervi solis lunae stellarumque conspectum plane adimerent & omnia, quae in terris & aquis vivebant, perderent & enecarent. (m) Nunc porro edisserit Moses, quomodo Deus sex dierum spatio (n) faciem telluris renovaverit orbemque terra-

D

l) Ex hoc autem non sequitur. Praadamitas me assumere. Adamus enim, quod Moses disertis verbis indicat; primus renovari orbis homo fuit, a Deo creatus, & quidem nullus praeter Adamum homo ab initio extitit, quippe a quo univrsum genus humanum originem ducit. Facessant igitur, Peirerii & asseclorum praadamitas statuentium somnia.

m) Tellurem nostram tum temporis in alia plane cum sole ratione fuisse, nullus ego quidem dubito: in Zona enim torrida, siccis anni mensibus nulli plane imbres & aperta semper serena. Vide, quae ex DAMPIER *Voyages autour du monde* V. II. Ch. VII. p. 356 excerptit CEL MEINERS. in *vermischten Philosoph. Schriften*, T. I. pag. 186. Forfan

Mosaica descriptio in Cometam quadrat.

n) Dies hic naturales intelligere Mosi, certe ab Israelitis intelligi velle, vix negare ausim cf. Genes II. 1-3. Egregie acutissimus KESTNERUS in *annot. e. ad T. I. Novae Biblioth. Philolog.* p. 206. *Mosi anzusehen, wie ich ihn mit den Bekennern seiner Religion, und der die noch vollkommener ist als die seinige ansehe, will ich niemanden aufdringen, aber für einn Geschichtschreiber, so gut als Herodotus muß ihn doch jeder ansehen und so muß man die Erzählung von den Schöpfungstagen wenigstens als eine Sage der Patriarchen Welt gelten lassen. Daraus habe ich mir erklärt, wie Wochen von 7. Tagen bey Völkern haben statt finden können, bey denen die Patriarchalische Religion läng*

rum hominibus denuo animalibusque reddiderit habitabilem. Hoc autem ita erat agendum, ut aquis protraherentur terræ & utrisque ornamenta sua atque incolæ adderentur. Ventum itaque excitavit vehementissimum Deus, qui continuis suis flatibus densissimas nebulas vaporumque copiam ita dispulit, ut prima jam die tenuis ex sole lux ad terram transmitteretur. Id enim innuit toties laudatum illud Sacri Historici יראר: יחי אור ויהי אור. Dixit Deus: esto lux & fuit lux, cujus sublimitatem & magnificentiam miratus quoque LONGINUS in *Tractat. אור ויהי אור* Cap. IX §. 5. - 8. *Edit. Lips. 1768.* 8. Germanice verterim. *Es werde belle und es ward belle.* cf. loca Gen. XLIV. 3. Jud. XVI. 2. 1 Sam. XXIX. 10. Jes. LX. 1. Ezech XLIII. 2. ubi אור simpliciter de die usurpatur. Occasionem præbuerunt hæc Verba tot eruditorum de luce primigenia sententiis, in quarum commemoratione nolo esse prolixus. Hoc tantum monebo, eos, qui autamant Deum lucem prima die creasse, solem autem & stellas quarta demum die, vix invenire, quomodo difficultatibus, quibus obseptæ hæc opinio est, se expediant: imo, enim a similitudine veri quam maxime abhorreere videtur, tellurem nostram respectu solis punctum quasi (taceo ejus ad totum universum respectum) ante solem & stellas ad Deo fuisse productam. 2do Concessa etiam CÆL. EULERI sententia (o) qui lucidam

vergesen und die Mosaische nie angenommen war. Addatur omnino S. V. TOELLNERUS, qui in *Theol. Untersuch. T. II. p. 332. seq.* hanc quaestionem singulari profus ingenii a-

cumine excussit.

o) *vid. ejus Briefe an eine deutsche Prinzessin p. 55. seq.* coll. CÆL. SCHMIDT von den *Welkkörpern* P. 115. seq.

quandam materiam, quem *Ætherem* vocat, per totum universum diffusam, seorsimque a sole existentem admisit: hæc tamen ita est comparata, ut existentia solis necessario ponenda sit, nisi forte ad miraculum confugere aut ex *Scylla* in *Charybdin* incidere velis. 3tio. Assumpta autem *ætheris* agitatione per solum Dei nutum effecta, lux ad utramque terræ partem diffusa erit censenda & dissipata nox omnis, quæ tamen, litteram *Mosis* si presse sequi velimus, æque statuenda erit, ac dies ipse: cui dubio, nisi denuo ad voluntatem divinam confugas, plane satisfieri nequit. Nec minoribus difficultatibus laborat *TELLERI* (p) *BAHRDTHI* (q) *MOLDENHAUERI* (r) aliorumque Theologorum de primigenia luce opinio. Quæ enim a Venerandis his viris de particulis igneis prima creationis Die a reliquorum elementorum confusa farragine segregatis, quarta autem in certa quædam corpora distributis collectisque ad *Mosen* illustrandum narrantur, absque miraculorum ingeminatorum interventu, nisi omnia me fallunt nodo Gordio indissolubilia sunt (s) Ad potentiam divinam provocantibus equidem refragari nolim, hoc tantum volo, non esse consultum interpretationes scripturæ eas ubique judicare potiores, quæ a repugnantia ægerrime liberantur. Nec impugno miracula, sed,

D 2

p) in *Lehrbuch des Christl. Glaubens*. p. 39.

q) in *Versuch eines biblischen Systems der Dogmat.* T. I. p. 216.

r) in *Uebersetz. und Erklärung,*

des ersten und zweyten Buchs Mose. p. 4.

s) Supponunt quoque igneam Solis stellarumque fixarum naturam, quæ tamen nostris temporibus a multis Physicis in dubium vocatur.

quid impedit, quo minus ex naturæ legibus interpretemur, quæ talem interpretationem admittunt, & quæ cum sapientia divina elegantissime conspirant. Hac autem assumpta explicatione, difficultates, quæ ex luce primigenia minus recte intellecta sequuntur, statim solvuntur omnes.

S. XI.

Ad secundæ Diei opus progredior, ubi varia annotanda occurrunt. Primo de voce רקק, quæ a multis retro sæculis Philologorum ingenia exercuit Plures eorum sententias collegit CL. HOTTINGERUS in *Examine Historia Creationis C II. p. 70. seq.* Mihi primitiva notio Radicis רקק calcare pedibus esse videtur & in specie mallei pulsu; hinc stipare, & in Piel præcipue expandere, diducere, & proprie quidem Metalla, vel etiam tundendo convexam formam illis inducere. Hinc רקק pavementum, poetice cæli convexa Ezech. I. 22. 23. Pf. CL. 1. *Expansum* cf. Job. XXXVII. 18. ubi Verbum רקק de expansione nubium usurpatur Lxx. ^{επιπνευμα} verterunt, quasi diceres: ein dicht geschlagenes Werk. In genere est cælum, qui dicitur aër, ut LUCRETII verbis utar: *Corpus subtile, quod est supra terram & aquam, in quo aves volant, nubes feruntur, Meteora sunt & stelle conspiciuntur.* Quod autem ad duplices aquas attinet, quæ versu sexto occurrunt, aquas nimirum superiores & inferiores, optime rem ita confici puto, si per illas aquæ simpliciter tales, per has autem nubes intelligantur. Scio equidem, exitisse olim inter eruditos haud paucos, qui per aquas supra expansum aquas planetarum intellexerunt: at quomodo asseri hoc

per se (t) & quomodo scopo Mosis adaptari possit, qui Telluris tantum historiam voluit scribere, ego quidem haud perspicio. Particula לִּבָּנָה & ejus notio quaedam non satis animadversa huic explicationi sola locum fecisse videtur. Latior est ejus in S. Literis usus, nec raro cum לֵב alternat, ita ut & per *juxta* possit verti e. g. Jerem. XXXVI. 21. 2, Chron. XXVI. 19. seq. לִּבָּנָה לֵב igitur *juxta expansum*, vel si mavis in *superiore expansi parte* hebraici sermonis gentio convenienter reddi posse, quis non videt? Et in S. S. nubes nonnunquam לִּבָּנָה vocantur e. g. Job. XXVI. 8. Pf. CIV. 3. coll. imprimis Jerem. X. 13. ubi לִּבָּנָה לֵב aperte idem videtur esse, quod Mosis aquæ supra firmamentum. Nec stringit Cl. WUCHERERI Objectio, qui in *Creationis historia observationibus Physicis illustrata* p. 122. (*Jena* 1753. 4.) nubes eam ob causam aquas supracœlestes esse posse negat, quod Gen. II. 6. expresse legatur, ante creatum hominem nullum vaporem (u) ascendisse e terra, qui universam telluris superficiem irrigaret. Verba enim hæc affirmative esse accipienda mihi videntur. Verum quidem est, dari exempla, ubi Particula negativa & in sequentem versum vim suam extendat e. g. Pf. IX. 19. 1. Sam. II. 3. Pf. XLIV. 19. at non minus est verum, hæc ita comparata esse, ut contextus ibi hanc repetitionem necessario requirat, quod loco nostro autem longe aliter se habere in oculos

D 3

*) Nondum enim evictum est, aqua omnes Planetas gaudere: in Mercurio certe atque Saturno, an fluidum illud, quod aquæ nomine apud nos venit, inveniatur, Physicis certe dubitabile videri possit.

u) vocabulum לִּבָּנָה a radice לָבַן

derivandum, quæ apud Arabes *infæci* & dein *fæxo corpore conniti* significat, propriam sedem habet in *evaporatione nebuloza graviore* & *terraz proxime incubante*. cf. SCHULTENS ad Job. XXXVI, 27.

cadit: Exponitur enim, qua ratione Deus siccitatem terræ, de qua in Versu quinto sermo est, sustulerit, nempe factum hoc excitato vapore qui totam terram irrigavit, eamque aptam reddidit horto plantando, quem Deus hominum a se creatorum domicilio destinaverat. Quam per vaporem reddidimus vocem Alexandrini Interpretes *αἰθρῆν* (featuriginem) vertunt, quod autem, nisi collective fumatur, sensum gignit plane absurdum. Sed nonne assumpta hac interpretatione expansum cœlorum bis creatum videtur? Si enim astra cum orbe nostro jam ante primum Hexaëmeri diem extiterunt, necessario cœlum astriferum, quin etiam aëreum existere debuit. Sed observandum est in historia nostra locutiones quam plurimas occurrere, quas nisi ex hominum prima mundi ætate viventium æstimaveris sensu, iis implicaberis difficultatibus, quibus solvendis te imparem esse senties. Moses enim Israëliticæ gentis vix ex incunabulis egressæ accommodaturus se genio de rebus sæpius loquitur non prouti sunt in se, sed prout in sensus nostros incurrunt. His fundamenti loco positus, quid secunda die factum sit, dictu erit facillimum. Tellure nimirum universali oceano prorsus obsecta, fieri vix potuit, quin Atmosphæræ ejus maxima inferretur mutatio. Copiosissimis enim nebulis, quæ superficiei Terræ incubabant adeo obscuratum fuit solis lumen, ut discrimen inter diem noctemque penitus videretur sublatum. Cum igitur Deus Tellurem renovare & plantarum animaliumque domicilio denuo adaptare vellet, ventum primo excitavit, cujus vehementissimo impetu prima jam die nebulas vaporesque radii solis perrumpere debileque lumen ad terram mittere cœperunt. Verum restituta licet dierum noctiumque vicissitudine, vapores tamen nondum tanta copia

ascenderant, ut discrimen inter aquas terrestres & nubes potuisset apparere. Factum est hoc die secundo. Ingravescente enim calore solis extenuati vapores in sublime acti stipatique densius effecere nubes, quibus varia altitudine suspensis, ingens illa suprema regio, quæ oculis nostris ut aqua attenuata, se præbet conspicendam rursus apparuit. Sic inter aquas superiores & inferiores perpetuum constitutum discrimen & ita secundum Opticam Veritatem cælum novum creatum esse Moses rectissime potuit dicere. Confer. si placet laudatissimus ROSENMÜLLERUS in l. c. p. 56. cujus ipsissimis verbis ex parte tantum mutatis objectionem hancce diluimus.

§. XII.

Ad opera accedimus, quæ tertia die prodierunt? Perfecerat Deus secunda die expansum eique talem induerat naturam, quæ fini suo respondebat egregie. Nunc tertia die aquæ recipere sese in receptacula sua iussæ, terra apparuit arida plantisque herbis, arboribus & fructibus diversæ speciei superbiit. Quæ hic explicandæ voces occurrunt, eæ tam notæ sunt, ut in iis curatius elucidandis nolimus versari. Brevibus tantum quædam dicemus.

מים מתחת השמים, aquæ terrestres sunt terrarum orbem hæctenus tegentes prementesque evaporationibus autem copiosissimis ventorumque vehementissimis motibus, qui jam ante primam Hexaëmeri diem cœperant, sensim ita imminutæ, ut terra evaderet arida, compulsis in maria fluviosque aquis. נקימ primario contortus fuit, inde collectus est, confluit, LXX. *συναχθησα το εδαφος*. Phrasibus אל מקום אחד non in unum definitum circumscriptumque

locum notat sed potius particulæ vim habere videtur (*Zusammen*) versu enim decimo τα συνηματα των υδατων □^v appellatur. Solet plerumque hic in eruditorum contentionem venire, an & quomodo collectionem aquarum, quas modo diximus intra certa receptacula congregatas secutamque emersionem terræ causæ naturales effecerint? Respondemus: Mose tacente & nos tacere possumus. Scopus ejus non erat in enarranda telluris origine Physicum agere naturalisque scientiæ præceptis imbueri Hæælitærum mentes. Eo potius consilio Archæologiæ brevem & concisam maximi omnium Operis historiam præmisit, ut constaret humano generi, cur, qui omnia condidit, supremus parens colendus sit, utque ictibus internecinis confoderentur Ægyptiorum Phœnicumque de mundi & generis humani ortu fabulæ & obex poneretur Ægyptiacæ superstitioni, quæ non sidera tantum & homines sed omnis quoque generis animalia noxia sæpe & infesta mortalibus inter numina retulit: sicque sapientissima dispensatione efficeretur, ut rudis & tenella gens humana Philosophicæ religioni naturali capiendæ impar in his revelationis rudimentis haberet notitias ad virtutem & felicitatem suavi pædagogia ducentes. Hæc igitur cum præcipue spectaret scriptor divinus, non opus habuit, ut, qua Physicarum actionum progressionem conditus sive renovatus sit orbis noster, exponeret, præsertim, cum una volentis & jubentis Dei voce exitisse omnia manifestum faceret. Interim tamen nullum mihi est dubium, quin præter jam allegatas Phænomeni hujus rationes, ignes quoque subterranei magnique tremores terræ non parum ad aquam diminuendam potuerint

tuerint conferre (x) Certe ipse Davides naturæ contemplator admiratorque calidissimus in Psalmo CIV. qui Cosmogoniæ Mosaicæ illustrandæ multum opis confert, ex antiquiorum forsitan reliquiis similiter contextus, hanc verissimam aut certe verosimillimam de emerfione terræ ex undis hypothefin carmini admiscuisse videtur. Ps. CIV. 5. 6. 7. 8.

Atmosphæra sic penitus in ordinem redacta aquisque quæ erant infra firmamentum omnipotente Dei imperio congregatis in unum, aridum statim apparuit. Eadem quoque die Terra vaporibus e cœlo decidentibus humectata & calore solis fecundata herbas Dei jussu protulit. *אֶת זֶפְתִּים* est herba virgo semine nondum imprægnata *זֶפְתִּים* autem herbam, quæ jam semen concepit

E

x) Præclare omnino ILLUSTR. MICHAELIS in *Notis ad Lowthi. Poësin Sacr. Hebr. T. I. p. 315.* ipsam naturam subindicare monet hominibus, quomodo factum sit, ut mari emerferint habitenturque, quæ olim Oceani fundus fuerunt. In Terræ enim motibus accidere nonnunquam, ut igne subterraneo novæ insulæ ex fundo maris prorumpant; eandemque originem altissimorum montium haud paucos prode, dum adhuc ignivomi sunt aut majorum memoria fuerunt. (Recentiores terra montes esse & aliquando ex ea prorupisse innuit quoque DAVIDES Ps. XC. 1. 2. Magnifica hoc Metaphora enuntiat

Auctor. Fingit terram ex partu tremuisse magnosque inter tremores & boatus ingentem filiorum & giganteam sobolem montes enixam esse.) Ipsos illos Peruvianos quibus altiōres habere orbis terrarum nullos videtur, ignem vomere aut vomuisse constat. Verisimile ergo videri, omnes non montes solum eodem modo aliquando extitisse, sed &, quicquid est terræ continentis insularumque magno olim igne subterraneo motuque terræ tumescens ex incubante antiquitus Oceano erupisse, unde fit, ut in summis ubique terrarum Montibus indicia adhuc inveniantur innantis illis aliquando maris.

indigitat. Vid. Pf. XXIII. 2. Proverb. XXVII. 25.
Quid וַיִּדְגֵּם significet, iplis tironibus linguæ Hebrææ per-
spectillimum est.

§. XIII.

Tandem ad arcem totius causæ quartæ nimirum dici
opus devolvimur, in quo explicando ita nobis versan-
dum, ut ostendamus clare, illad non de productis
primum astris posse intelligi. Si Moses in describendis
quartæ diei effectis ita esset locutus: Fiat sol, fiant luna
& stellæ & factus est sol, facta est luna, ut etiam stel-
læ, tunc omnis nostra corrueret disputatio. Verum
textum nostrum curate legentibus nihilque anticipati
iudicii afferentibus statim erit clarissimum, verba וַיִּדְגֵּם
non absolute sed in connexionione cum reliquis esse con-
sideranda. $\text{וַיִּדְגֵּם הַשָּׁמַיִם}$ *sint luminaria in con-*
vexis cælorum: non ergo de prima astrorum productio-
ne hic sermo est, sed tantum de eorum coilocazione in
cœlestibus regionibus. Optice igitur explicandi versus
14. & 15 (9) ita ut sensus sit: *sint (conspiciantur)*
luminaria in convexis cælorum facientia discrimen inter
diem & noctem & inservientia signis &c. (2) sic
enim præfixum וַיִּדְגֵּם Infinitivo præpositum potest exponi.
cf. GLASSIUS in *Pbil. Sacr. T. I. Ed. Dabiana p. 593.*

1) Sic quoque VEN. DANOVIUS
versus hæc interpretatur, T. I.
p. 211.

2) Luminaria hæc a Deo eam ob
causam in cœli fornicibus col-
locata fuisse dicit Moses, ut
discrimen constituant inter Diem
& noctem, item ut inserviant
signis, temporibus statutis (defi-

gnandis festis, forsan Hendia-
dys est) diebus & annis. Non
abnuerim Moÿsen ad dies festos
Israëlitarum hic respicere, qui
in hac gente haud leve tem-
poris discrimen constituabant.
videlicet S. R. TOELNERUM in
libro supracitato. T. II. p. 336.

Sol nempe cum reliquis corporibus diu jam ante primam Hexaëmeri diem erat productus, ejus quoque ministerio efficiebatur illa vicissitudo diei noctisque. Interim tamen tribus mundi diebus prioribus nondum ea gaudebat serenitate, ut ipsi solum lunæque disci ad terram transparere eodemque cœlo sidera fulgere possent, quod Optice Moyses dixit: fecit hæc (a) Deus,

E 2

a) ROSENMÜLLERUS quidem & ZACHARIÆ alia ratione vocem hanc explicant. Prior: præfecit autem Deus ex duobus illis luminariibus magnis alterum majus regimini Diei, alterum minus regimini noctis cum stellis. Posterior: perfecerat autem Deus ut duo ista luminaria regerent — Verum utramque interpretationem solis conjecturam genioque linguæ quam maxime esse contrariam vix opus est, ut operose demonstrarem. Ad hæc locus Jerem. XXXVII, 15. quem ad stabiliendam versionem ROSENMÜLLERUS affert, non satis probare mihi videtur. Verba enim **כי איתו עשו לבית הבלא** quæ eruditissimus vir LUTHERUM ducem secutus ad Jonathanem refert, rectius de domo ejus interpretanda existimo. Ceterum silentio haud est prætereundum Viroso hocce aliam profusum in illustrando hoc opere viam esse ingressos. Novam primo Verborum **יהי כארות** interpre-

tationem in medium proferrunt Exod. IV, 16. Num. X, 31. Ps. CXVIII, 14. Ps. CXIX, 76. aliisque s. scriptura superfluetam locis, ubi Verbum **יהי** cum **ו** constructum de determinatione rei ad aliquid usurpatur sequentique sonantem modo: *Inseruiant luminaria (quæ sint) in expanso cœlorum ad constituendum discrimen inter diem & noctem & inseruiant signis &c.* Inferunt porro hoc quartæ Diei opus fuisse, ut motus, quo terra solem, luna terram circumagitur, utrique concederetur. Sed, quo minus nos in eandem sententiam, (quam S. R. MOSCHE quoque in *Bibelsfreund T. V. p. 42. seq.* & SAM. PYE Anglus cum in *Dialogo Moses and Bolinghrocke tum in the Mosaic Theory of the Solar and Planetary System*, vid. *Schede Litterariæ Gættingensæ anni 1768. p. 1089. seq. 1123. seq.* calculis suis probarunt) pedibus eamus, tres potissimum

ut Opticum etiam est, quod constituisse ea in Atmosphaera nostra ait. cf. Pf. CXXXVI. 8. 9. ubi regium Poëtam eodem modo canentem legimus. *Con-*

sequentes difficultates obhsunt. Imo. Posita hac sententia in Hexaëmeri Operis enarratione de formatione corporum caelestium nihil plane dictum esset, quod fecus se habere ex Gen. II, 1. coll. Exod. XX, 11. constat. Loca quidem hæc primo intuitu interpretationi nostræ obstare videntur: At bene intellecta nihil continent, quod cum Versione nostrâ pugnet. In priori loco nominantur **השמים** **וארץ וכל צבאם** ubi, quid sit **צבא** obscuriusculum est, cum de Angelis plerumque stellarumque ordinatissima multitudine in sacra Scriptura occurrat. At scite observat ILLUSTR. MICHAELIS. in nota 88. ad LOWTHUM non nimis certam esse communem interpretationem verborum **צבא השמים** de stellis positorum per exercitus cœli: plantæ enim totiusque terræ ornatus incommode, exercitus terræ dicerentur. Gen. II, 1. Vertendum itaque suspicatur per *quicquid in cælo terraque oritur.* Arabibus enim **צבא** significat *oriri*, quod est plantarum & siderum. cf. & SCHULZIUS in

Lexic. Coccejano ad. voc. **צבא** Verum hoc sententiæ nostræ non obsabit, nisi antea, ut bene monet ROSEN MÜLLERUS certis argumentis probatum fuerit verbo **יובלי** indicari primam productionem cœli, terræ & astrorum sextidui spatio: absoluti, perfecti sunt (*Sie sind fertig geworden*) non necessario innuit primam productionem, sed in genere abolitionem & consummationem ejus operis, de quo in antecedentibus erat sermo. Quomodo explicandus sit locus. Exod. XX, 11. ex modo dictis facile patet. II. Tale admitteretur opus, quod illa ipsa die in sensus, si terræ incolæ tum fuissent hac facultate præditi non incideret, in eo vero valde discrepans a reliquorum dierum effectis. III. Licet verosimilimum sit orbem nostrum ante eam, quam Moses describit, Metamorphosin in alia plane cum Sole & universo planetarum Systemate ratione fuisse, nullæ tamen cause adunt, cur non prima statim Die, isqui nunc obtinet cœli & siderum motus a Deo constitutus sit.

stituit Deus solem Diei, lunam, cum stellis noctis reginam. Neque etiam dubitamus in partes vocare illustrem Jobi locum. Cap. XXXIII. 7. ubi stellis matutinis h. e. lucentibus (קָרָא enim sæpe idem quod אָרָא) cantatio & laus divina tribuitur, cum fundaretur terra. Subjungitur quidem Corporibus his cœlestibus filiorum Dei jubilatio, quos Angelos esse ILLUSTR. MICHAELIS vult in notis ad Germ. Jobi Versionem p. 162. (b) Quod vero ibidem VIR CELEBERRIMUS addit hanc interpretationem requirere, ut in priore quoque membro per stellas matutinas intelligamus Angelos, id mihi quidem non valde probabile videtur. Primo enim nullibi in Sacra Scriptura Angeli stellæ matutinæ vocantur, aut saltem cum iis comparantur: Stellæ contra aliquot S. Scripturæ locis Dei gloriam enarrare dicuntur e g Ps. XIX 2. CXLVIII. 3. Secundo. Ipse Poëteos Hebraicæ nativus Character (Parallelismus membrorum) vulgatæ sententiæ de stellis proprie sic dictis minime repugnat. Cum enim docente LOWTHO in Sacra Hebraeorum Poësi. T. II. p. 365. seq. variæ Poë-

E 3

b) Angelos hic Jobum per filios Dei intelligere facile adducor, ut credam, licet nullæ mihi cognitæ sint rationes. cur non æque per voces has stellarum, quarum in primo Hemistichio mentio fit, in eola ratione præditi Deumque laudantes, indignitari possint. At Jobi Capite. Imo & Ildo filios Dei angelos esse vix mihi persuadeo. Non enim intelligo, quomodo salva fabulæ verisimilitudine Satanas

hominum iste fœdissimus fe ductor angelorum in cœtu comparere decore atque a Deo interrogari de statu terrarum orbis possit. Omnibus perfecta numeris tum demum erit Poëtica illa fictio. si per filios Dei filio Moïsi convenienter veri Dei cultores, per Satanam Adversarium quandam Idololatram perque Vocabulum פְּרָא regionem, in qua carminis scena ponitur, intelligimus.

ficæ sententiarum Compositionis dentur species, Paralela Synonyma, Antitheta, Synthetica, quid impedit, quominus versum hunc ad tertiam Parallelismi Poëtici speciem referamus, qua sententiæ invicem solo constructionis forma respondent, non autem ejusdem rei iteratione aut oppositione diversarum, præsertim, cum ipso hoc capite hujus speciei exempla occurrant, ut videre est v. 25. 32. 34. cf. & Pf. XCVII. 6. Stellas igitur jam ante quartum Hexaëmeri diem vere extitisse, nec ex Poëticæ fictionis licentia conceptus in hac Jobei carminis parte informari, eò pronius ad fidem est, quod in universa hac magnifica Dei oratione omnia cum defæcatoris Theologiæ decretis egregie conspirare deprehenduntur. Reliqua ad hanc pericopen pertinentia mutatis tantum verbis eadem plane significant.

§. XIV.

Itaque si Grammaticæ rationes nullæ intercedunt, quominus divinum opificium Mosaiico Hexaëmero celebratum ad Telluris instaurationem restringatur; in hoc negotio eò fere ordine versatus erit Deus, ut ante omnia terram aquis undique circumfusam desiccare institueret, simulque removeret impedimentum, quod hæcenus obstiterat, quo minus lumen solis tellurem collustrare posset. Quo factò *prima* jam die lux iterum orbi affulsit. *Secunda* ipsa Atmosphæra ad terram facta conspicua. *Tertia* aquis in certos sinus alveosque collectis continens jam prominuit eaque omni plantarum genere vestita & nebulæ nubiisque obstaculis, quæ ex tanta aquarum copia in altum evolante coagmentatæ fuerant, plane dissipatis, *quarta* serena dies solem in robore suo astrorumque radiantem splendorem protulit. Hinc

porro quinta aquatilia & volatilia edidit, sexta terrestria reliqua cum homine tam splendida rei domino singulari cum cura a Deo formato.

COROLLARIA.

1. ראש הדר. Num. XIV. 40 & 44 supremum montis verticem interpretari per v. 45 non licet. Potius de acclivi montis parte vel extremitate in planitiem sensim exeunte intelligere & res & contextus suadent. Nec refragantur LXX. ἀψευδῶν enim, quod ibi habent, ab Hesychio explicatur per ἀψευδῶν ἰσχύον. Affinitatem habet locutio cum ראש שני הדרים Et. XXI, 26. Anguli, quem duæ viæ faciunt, vertex.

2. Hebræos per ea, quæ sunt תהה כל השמים intellexisse ea quæ horizonte undiquaque terminantur, liquido colligitur ex Luc. XVII, 24. ubi ex τῆς ὀψιπλευρῆς οὐρανόθεν ἢ τῆς ἀπὸ τῆς ἀπεναντίας οὐρανόθεν nil aliud significare potest quam ab una horizontis parte ad alteram oppositam.

3. הרה onomatopœtica vox horridam asperitatem signans & inde ad tumorem & protuberantiam translata (unde & הרה factu intumuit, uterum gessit) similiter ac Latinorum tumulus quamvis terræ eminentiorem partem in sacro codice notat, passim etiam regionem relative ad alias editiorem Genes. XIV, 10. XII, 3.

4. Nec absimili onomatopœsifacium est ut Græci a βραχά vel βραχά crepo, fremo, prominentes ex aqua scopulos & vaduosa loca βραχά vocarent, quod a Latinis per fremia non per brevina reddi debuisse iudicavit SCALIGER. Quamvis igitur adiectivum βραχά primario abgeknaect, abgebrochen, usu ad brevitatem extensionis, durationis & numeri etiam paucitatem transierit, tamen in variis locutionibus istius originis vim servatam fuisse vel ex Hesychio doceri potest. Is enim βραχάδης per βραχά exponit; & βραχάος per βραχά τῶν. In posteriore glossa βραχά subaudiendum esse, in singulari autem βραχάων æquo jure βραχά & βραχάων subaudiri posse perspicuum est. cf. id. v. βραχά.

5. Si vel maxime *εραξια γη* in Josephi loco p. 10. allegatio nil aliud quam paucillum terre sonaret, tamen locutio hæc collectivè vel distributive esset accipienda: Noachus hinc inde, passim exigua prominentis ex aqua terræ tubera conspiciatus est.

6. Verbi *ברא* originaria vis in excidendi, præsecandi, exasciandi, hinc poliendi, nititandi notione Arabibus trita, in Hebraismo etiam superstes Ezech. 23, 47. 43, 27. 21, 24. & in significato vocis *בריא* nitidatus, hinc pinguis, sanus, bene habitus, conspicua; habuit illa ad duas potissimum secundarias potestates transitum non impeditum; alteram excludendi, pariendi, hinc in genere vitam impertiendi, vigorem mentis & corporis restituendi Eccl. 12, 1. Ps. 102, 19. Ps. 104, 30. Ps. 51, 12. alteram res insolitas, inauditas vel ob præpotentem virtutem vel ob mirandum artificium producendi Exod. 34, 10. Esaj. 43, 7. Gen. 2, 3. Hinc parallele Potarum sententiæ cum verbó *חדש* permutare amant, quod verbum itidem primariam potestatem in nitore & vigore vel recenter inducto vel reducto exserit (vid. *VENEMA* ad Ps. 51, 12.) & hinc uti *ברא* ad restaurationis notionem transit. Solis igitur Grammaticis rationibus non satis convellitur eorum opinio, qui Mosén etiam Gen. 1, 1. de instaurato divino officio loqui exstimant.

8. Verba Josephi p. 9. citata *εραξια εραξια εν εραξια* significant: non habentes quo vel nando vel navigando appellerent *εραξια* ibi susinet notionem ab *εραξια* ductam: posset tamen etiam de defectu declivium locorum intelligi unde navigia in aquam propellere licuisset.

9. *מלמעלה* Gen. VII, 20. non ad montes est referendum, sed simpliciter vertendum sursum, versus superiorem regionem: non displiceat tamen qui vertat: in summa parte; i. e. ea parte qua planities maxime erat elata.




Fol 1297

ULB Halle 3
003 006 867



f
SB







Farbkarte #13

B.I.G.

Inches
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

6

RVATIONES
AD
M CREATIONIS
TORIAM
SPICIIIS DIVINIS
PRÆSIDE
JACOBO MÜLLER
OLOGIE PROF. PUBL. ORDIN.
UNIVERSITATIS RECTORE
IN
DRATENSI STUDIORUM SEDE
Octobr. MDCCLXXIX.
ÆQUORUM ÆSTIMATORUM
JUDICIO SUBMITTIT
AUCTOR
S JACOBUS LAUTH
ARGENTINENSIS
COLMARIENS. SUBCONNECTOR.
H. L. Q. C.
RGENTORATI,
UR IN OFFICINA KÜRSNERIANA.

